UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis dece[m] martyribus. Cap[itulum]. xxxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

exemplo quoq; ſuo plurimos ad ſimile attraxe-
runt. Deniq; vir domini leonardus multis cla-
rus virtutibus ad dominũ feliciter migrauit
octauo idus nouẽbris: circa annũ domini quin
genteſimum. Sepultuſq; eſt in eccleſia dei ge-
nitricis quam ipſe conſtruxerat. ¶ Cum autẽ
ibidem infinita miracula fierẽt: clericis illius
eccleſie reuelatũ eſt: vt quia locus ille propter
multitudinis frequentiã concurrentem nimiũ
artus erat: alibi eccleſiam fabricarent: & eodem
ſancti leonardi corpus transferrent. At illi vna
cum populo: triduano ieiunio & orationibus in
ſtiterunt: quibus elapſis totam prouinciam ni-
ue nimia que ceciderat opertam videret: locũ
autem in quo ſanctum corpus quieſcere vole-
bat omnino vacuum conſpiciũt: vbi eccleſia de
nouo fabricatur: et corpus eodem transporta-
tur. Quanta vero miracula per eum dominus fa
ciat potiſſime circa incarceratos: immenſa fer
ri varietas ante tumulum eius dependens:
teſtis exiſtit.

¶ De ſancto Felice martyre. Cap. xxx.

Felix martyr apud Tuniſſaz
ciuitatem aphrice
paſſus eſt. Qui a
perſecutoribus pro chriſti no
minis confeſſione detentus:
& carceri duriſſimo mancipa-
tus: dum eũ a tormẽta differ-
rent: orans ad dominum emi
ſit ſpiritum octauo idus no-
uembris. Cuius corpus ſequenti die exanime
repertum eſt & a chriſtianis condigno recondi-
tum honore. In huius ſolennitate ſanctus Au
guſtinus epiſcopus pſalmum quendam ad po-
pulum exponit: quem et in eius eccleſia pu-
blice predicauit.

¶ De ſancto Felice monacho. Cap. xxxi.

Felix monachus in mo
naſterio fun-
denſi claruit.
Qui magne
ſanctitatis vir erat: & eiuſdẽ
cenobij hortũ colebat: fur vero
quidam venire conſueuerat:
et ad ipſum hortum per ſepẽ
aſcẽdere: & occulte olera au-
ferre. Cunq; ille multa plantaret: que minus
inueniret: & alia pedibus conculcata: alia dire-
pta conſpiceret: totum hortum circuiens inue-
nit iter vnde fur venire conſueuerat. Qui eun-
dem hortum deambulans repperit etiam ſer-
pentem. Cui precepit: vt ſe ſequi deberet. Ad
aditum autem furis perueniens: in nomine do
mini ſerpenti precepit: vt aditum illum cuſto-
diret: ac furem ingredi non permitteret. Pro-
tinus ſerpens ſe in itinere tranſuerſum reten-
dit: & felix ad ſuam cellã rediit. Meridie ergo
cunctis quieſcẽtibus more ſolito fur aduenit:
& ſepem aſcendit. Et dum in horto pedem po-
neret: vidit quia ſerpens extẽſus viam clauſiſ-
ſet. Et tremens poſt ſemetipſum concidit: eiuſq;
pes per calciamentum in ſude ſepis inheſit.
Sicq; donec hortulanus rediret: deorſum ca-
pite pependit. Qui veniens furem in ſepe pen
dentem repperit: & deo gratias agens: ſerpen-
tem licentiauit: ad furem quoq; veniens: ipſm
de dudũ oleribus exportatis redarguit: pedẽ
quoq; illius a ſepe diſſoluit: eumq; ſine leſione
depoſuit. Olera etiã: que furto auferre cona-
batur: cum nimia dulcedine prebuit: eumq; ne
amplius furaretur admonuit: ſed cum neceſſe
haberet: ad eum veniret: quia ipſi deuotus daret:
que cum peccato tollere laborabat. ¶ Hic enĩ
ſctũs monachus clarus multis virtutibus migra
uit ad xpm. Hec gregorius. i. dialogo. cap. iij.

¶ De ſanctis decẽ martyribus. Cap. xxxij.

Decẽ martyres in oriente
apud ciuitatem
theopoliz paſſi
ſunt. Qui a ſaracenis cõpre-
henſi: chriſtũq; dñm confiten
tes crucibus appenſi: coronas
martyrij a dño percipere me-
ruerunt octauo id. nouẽbris.
Hec ado in martyrologio ſuo.

¶ De ſancto proſdocimo epo. Cap. xxxiij.

Proſdocimus epiſcopus
apud ciuitatem
patauinam cla-
ruit tempore neronis impera
toris. Hic natione grecus no
bilibus parentibus ortus lit-
terarum ſtudijs eruditus: cũ
adhuc eſſet iuuenis cum mar
co euãgeliſta & apollinare an-
tiochiam adijt: & beato petro apoſtolo in diſci-
pulum ſe tradidit: atq; cum prefatis duobus cõ
diſcipulis vna ſecum tempore claudij impera-
toris romam acceſſit. Cum autem apoſtolorum
princeps beatum marcum miſiſſet aquileiam &
apollinarem rauẽnam ad predicandum. Bea-
tum quoq; proſdocimum annorũ viginti in epi
ſcopum conſecratum: licet ſatis ex humilitate
recuſantem: miſit ad patauinam ciuitatem. Et
perueniens ad ipſam vrbem: multitudinem lã-
guentium diuerſarum egritudinum ante por-
tam inuenit: quibus pacem annunciauit: et ora
tione ad deum fuſa: omnes ab eorum infirmita
tibus liberauit: eoſq; oẽs ad chriſtũ conuertit.